oīm linguaꝝ ſcientiā dedit. Rn̄det ergo ſan
ctus Tho. ſcḋa ſcḋe. q. clxxvi. ꝙ primi diſci-
puli chriſti ad hoc fuerūt ab ipſo electi vt ꝑ
vniuerſuꝫ orbem fidem eius p̄dicarent. Nō
aūt erat ↄueniens vt qui mittebant̄ ad alios
inſtruendos indigerent ab alijs inſtrui qua
liter alijs loquerent̄ vel qualiter que alij loq̄
bantur intelligerent: p̄ſertim qꝛ iſti qui mitte
bantur erant alterius gentis ſcꝫ iudee. Erāt
etiā paupes et impotentes nec de facili a p̄n-
cipio repperiſſent qui eoꝝ verba alijs fideli-
ter interp̄tarentur: vel verba alioꝝ eis expo-
nerent: maxime qꝛ ad infideles mittebantur.
Et ideo neceſſariū fuit vt ſuꝑ hoc eis diuini
tus ꝓuideretur ꝑ donū linguaꝝ: vt ſicut gen
tibus ad idolatriā declinātibꝫ introducta eſt
diuerſitas linguaꝝ: ita etiaꝫ qn̄ erant gentes
ad cultū vnius dei reuocande: ↄtra hmōi di
uerſitatē remediū adhiberet̄ ꝑ donū lingua-
rum. Ad primū ergo dicendū ꝙ ſicut ſcribit̄
i. ad Corinth. xij. c. Manifeſtatio ſpūs da-
tur ad vtilitatē. Et ideo ſufficienter et Pau-
lus et alij diſcipuli fuerunt inſtructi diuini-
tus in linguis oīm gentiū: quantū require-
batur ad fidei doctrinā. Sꝫ quantū ad que-
dam que ſuꝑadduntur hūana arte ad orna-
tum et elegantiā locutōis: apl̄s inſtructus erat
in ꝓpria lingua nō aūt in aliena. Sicut etiaꝫ
in ſapientia ⁊ ſciētia fuerant ſufficiēter inſtru
cti quantū requirebat doctrina fidei: nō autē
quantū ad oīa que ꝑ ſcientiā acquiſitam co-
gnoſcuntur: puta de ↄcluſionibꝫ ariſmetrice
vel geometrie. Ad ſecundū argumentū rn̄de
tur ꝙ q̄uis vtrunq̄ꝫ fieri potuiſſet ſcꝫ ꝙ per
vnā linguā apl̄i loquētes ab omnibꝫ intelli-
gerentur: aut ꝙ oībꝫ ipi loquerent̄: tn̄ ↄue-
nientius fuit ꝙ ipi oībus linguis loquerent̄
qꝛ hoc ꝑtinebat ad ꝑfectōnem ſciētie ipoꝝ ꝑ
quā intelligere nō ſolū loqui: ſed intelligere
poſſent ea que ab alijs dicebant̄. Si aūt oēs
vnā eoꝝ linguā intellexiſſent: hoc vel fuiſſet
ꝑ ſcientiā illoꝝ qui eos intelligerēt: vel fuiſſꝫ
quaſi quedā illuſio dum alioꝝ verba aliter
ad alioꝝ aures ꝑferrent̄ q̄ꝫ ipi ea ꝓferrēt. Et
ideo glo. Actuū. ij. c. dicit ꝙ maiori miracu-
lo factū eſt ꝙ apl̄i oīm linguaꝝ generibꝫ loq̄
rentur. Et Paulus dicit. i. ad Corinth. xiiij
ca. Gratias ago deo ꝙ oīm veſtruꝫ linguas
loquor. Ad terciū dicendū ꝙ chriſtus in ꝓ-
pria ꝑſona vni ſoli genti p̄dicaturus erat ſcꝫ
iudeis. Et ideo q̄uis ipe ſine dubio ꝑfectiſſi
me haberet ſcientiā oīm linguaꝝ nō tn̄ opor
tuit ꝙ oībꝫ linguis loqueret̄. Et vt refert au-
guſti. ſuꝑ Johannē. Cum et modo ſpūs ſan
ctus accipiatur nemo loquitur linguis oīm
gentium qꝛ iam ipſa eccleſia linguis oīm gē
tiū loquit̄: in qua qui non eſt nō accipit ſpm̄
ſanctū. ¶ Terciū qḋ inueſtigandū eſt de p̄di
catōe Thome: qua efficia verbū dei ſemina-
uerit. Et licꝫ fructū attulerit ſua p̄dicatio co
pioſum in oībꝫ ꝓuincijs ⁊ regnis ſuꝑius no
minatis: tn̄ quid in india fecerit audiamus.
Peruenit nāq̄ꝫ ad ciuitatē quandā in q̄ rex fi
lie ſue nuptias celebrabat. Cū ꝟo ex aſpectu
ex geſtu ⁊ vultu agnoſceret̄ vir grauis inte-
ger ⁊ deo deuotꝰ a rege licet infideli requirit̄
vt ſponſuꝫ ⁊ ſponſam bn̄dicat qḋ apl̄s adim-
pleuit dicēs. Da dn̄e adoleſcētulis his bn̄di
ctioneꝫ tue dextere: et in eoꝝ mentibꝫ ſemina
ſemē vite. Abeūte apl̄o: in manu iuuenis eſt
reptus ramus dactilis plenus de quibꝫ ſpō-
ſus ⁊ ſponſa dulcit̄ comederūt: ſtatimq̄ꝫ dor
mierūt ⁊ ſomniū ſil̄r habuerūt: videbat̄ eteni
eis ꝙ rex gēmatus eos amplecteret̄ et diceret
Apl̄s meꝰ bn̄dixit vos vt eterne vite ꝑticipes
ſitis. Euigilantibꝫ ⁊ mutuo ſibi ſomniū re-
uelātibꝫ: apl̄s ad eos ingredit̄ dicēs eis. Rex
meus mō vobis apparuit et me clauſis ianu-
is huc adduxit vt ſuꝑ vos bn̄dictio mea fru
ctificet: habeatis carnis integritatē q̄ eſt oīm
regia ꝟtutū et fructꝰ ſaluti ꝑpetue: ꝟginitas
ſoror eſt angeloꝝ: poſſeſſio bonoꝝ: victoria
libidinū: fidei triūphus: expugnatio demo-
num: eternoꝝ gaudioꝝ acquiſitio hec ⁊ ſilia
illo referente duo angeli apparuerūt dicētes
eis. Nos ſumus angeli vobis ad cuſtodiam
deputati. Si apl̄i monita ſeruaueritis offe-
remus deo oīa vota vr̄a. Eos igit̄ apl̄us ba-
ptiſauit et de fide eos diligēter docuit. Poſt-
modū ꝟo ſponſa noīe pelagia ſacro velami-
ne ↄſecrata martyrium paſſa eſt. Et ſponſus
noīe Dioniſius illi ciuitati in ep̄m ordinatꝰ
Deinde cū Thomas indiam circūiret: mul-
tos ſanauit debiles ⁊ infirmos: multoſq̄ꝫ cō-
uertit ad dn̄m. Et vna die ad p̄dicatōeꝫ eius
baptiſati ſunt nouē milia viroꝝ exceptis mu-
lieribus et paruulis.

¶ Qualiter btūs apl̄us Thomas glorioſo
martyrio vitā ↄſummauit. ¶ Capitulū. iij.

Terciū p̄conium btī Thome ḋr paſſio.
Nō recuſauit pati ꝓ xp̄o q̄cūq̄ꝫ dura et
exq̄ſita ſupplicia. Nā iratꝰ cōtra eū rex indie
ex eo ꝙ vxorē eiꝰ ⁊ vxorē cariſij cognati ſui
ↄuertit ad fidē: iuſſit afferri ardētes laminas
ferreas ⁊ apl̄m ſtare nudis pedibꝫ ſuꝑ eas: ſꝫ
nutu dei ꝓtinꝰ ibi fons erupit: et eas extinxit
Tūc rex eū in fornacē ardentē miſit q̄ ſic re-
frigerata eſt vt die altera ſanꝰ īn exierit ⁊ ille-
ſus. Deductꝰ tandē eſt vt ſacrificaret idolo.
flectēs aūt genua dixit, ego adoro; ſꝫ n̄ idolū.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0229
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG